

Da nun auf diese Weise einerseits der zeitliche Bestand der beiden Convente gesichert erscheint und andernteils auch deren geistliche Bedürfnisse vom Kloster Neu-Engelberg aus befriedigt werden, so kann die doppelte Benedictinerschwestern-Colonie in Maryville und Conception als fest gegründet betrachtet werden. Möge die Hand Gottes, die sie bis dahin so sichtbar gesegnet und geleitet hat, auch ferner mit ihr sein und sie einer segensreichen Zukunft entgegenführen! —

(Fortsetzung folgt.)

### Drei Mauriner Studien zur Imitatio.

Mitgetheilt von Dr. Cölestin Wolfsgruber, Benedictiner zu den Schotten in Wien.

**D**ie „Bibliothèque nationale“ zu Paris verwahrt in vier Folianten (codd. 12.434—12.437<sup>1)</sup> die zum grossen Theile Manuscript gebliebenen Arbeiten der Mauriner, betreffend die vier Bücher „De imitatione Christi.“ Da so fast die Namen besten Klanges in der Gelehrten-Republic zu St. Germain des Près: Quatremaire, Delfau, Mabillon, Gerberon, Thuillier — mit der Imitatiofrage in Verbindung gekommen sind, mag die nachfolgende Veröffentlichung dreier Studien, welche auch inhaltlich allgemeineres Interesse und dauernden Wert beanspruchen dürfen, gerechtfertigt erscheinen.

Die erste Studie gibt eine Descriptio codicum manuscriptorum una cum variis lection. quibusdam libelli de im. Christi, welche mit grosser Akribie gefertigt ist und auch Handschriften anführt, die wir nun nicht mehr haben.

Die zweite Arbeit wird die Varianten von 28 Handschriften geben; ein gewiss nicht zu unterschätzender Beitrag zur Textkritik des einzigen Büchleins und bei den inzwischen verschwundenen Handschriften ein schwacher Trost für den Verlust. Dass Gence diese Sammlung nicht benützt hat, lehrt ein erster Vergleich; dasselbe gilt von Gregory. Gegen die schale Behauptung, dass man wohl des ganzen Apparates der Descriptio codd. und Collectio lect. var. leicht-

<sup>1)</sup> Die Benützung wurde mir ermöglicht durch die gütige Vermittlung des Directors der hiesigen Universitätsbibliothek, Herrn Dr. Friedrich Leithe.

lich entzogen könne, nachdem man im Besitze des Autographon Thomae sei, gegen welches wohl nur eine correctura in peius versucht werden könne, soll

Studie III darthun, dass dieses Autographon fehlerhaft sei, „lectiones incongruas, ineptas et auctoris sensui contrarias“, sowie Soloeismen die Menge enthalte.

Als Verfasser dieser letzten Arbeit nennt sich ausdrücklich Gerberon.

Praeadducta omnia errata ego attenta lectione deprehendi in cod. msc. Antverpiano, quem F. Thomas Kemp. manu sua scripsit et complevit ao. 1441. F. Gabriel Gerberon. M. B.

Die erste Pièce setzt die Verhandlungen der ersten Gelehrtenversammlung zu Paris, 14. August 1671, bereits voraus, berücksichtigt aber ebensowenig wie die zweite den Codex Slusianus, welchen Mabillon von seiner italienischen Reise (1686) nach Paris brachte. Wir werden innerhalb dieses Zeitrahmens wohl in den beiden ersten Studien Arbeiten des Delfau vor uns haben, der ja eine Textrevision des Buches de imitatione Christi geliefert und eine kritische Ausgabe mit Angabe der Varianten intendirt hat, leider aber schon 1675 verbannt worden ist. Vielleicht steht der unfertige Abschluss der II Arbeit damit im Zusammenhang. Auf Delfaus Antrag wird wohl Gerberon, der auch sonst mit Delface gemeinsam arbeitete (Tassin, Gelehrtengeschichte I. 512), den obgenannten kleinen Theil geliefert haben. Dass aber die Lectiones variae einzelner Codices für sich (Studie I.), wie selbe Gence in seinem berühmten Buche anführt, von Quatremaire gesammelt seien, habe ich aus dem Manuscripte zum mindesten nicht ersehen können.

## I.

### Descriptio Codicum

Gerardini, Mellic., August., Weingart., Salisburg. 1) cum variis lectionibus. 2)

Omnium quae hactenus prodierunt divini de imitando Christo libelli accuratissimam christianae pietatis luci editionem commissurus, suavissime lector, quid operae in illam contulerim paucis hic in limine operis perstringere tuoque iudicio subiicere decrevi. Nempe codices collegi, consului, conciliaui tum calamis exaratos tum calchographicis

1) Et aliorum, quorum numerus XVI.

2) Cod. 12436. pag. 53a—76b.

editos typis, quam multos forsitan pauci hactenus ad id negotii adhibuere simul. Quorum tu fidem ut diiudicos, censum accipe:

1. Codex primus, cuius debitores sumus reverendissimo abbati ac religiosissimis coenobitis monasterii S. Adriani, quod in dioecesi Mechliniensi positum vulgo Grandimontense dicitur et magna disciplinae monasticae laude fulget, laudatissimoque humaniorum viget studio literarum, vulgo Grandmont dicitur et suum urbi adiacenti nomen communicat. Achronus quidem iste, sed aetatem anno millesimo quardringentesimo maiorem imprimis prae se fert ipsa characteris facies, eadem utique ac cuiusdam vetusti de alio argumento codicis ante eiusmodi annum scripti et hic apud me asservati. Deinde exscriptorem habuit F. Ludovicum de monte, eiusdem monasterii ascetam, quem ante praenotatum annum excessisse fides apud loci incolas certa est et constans; ita enim R. R. P. Maurus van der Elst, monasterii S. Adriani prior, testatur in suis ad R. P. Robertum Estrik, Affligemensem priorem, literis Kal. April. an. MDCLII datis, cum pariter ad eundem dirigeret ipsum codicem, ad nos deinde transmittendum.

„Votis vestris libenter satisfacio, codicem continentem quatuor libros de imitatione Christi et aliquos alios ad vos transmitto, cum intentione recipiendi. Verum unum dolendum, aliquem non ab annis duobus iniecisse manum in codicem et ultimam paginam excidisse, in qua nomen scriptoris rubris literis exaratum erat, quod me vidisse et legisse sancte testor: nomen erat Ludovicus de monte. Quo autem anno conscriptus fuerit, expresse non habebatur; quare consului catalogum religiosorum, quem penes me habeo, qui incipit ab anno 1400., in quo nomen illius non habetur. Unde satis manifeste colligitur, fuisse antiquiorem, cum se monachum S. Adriani inscripserit et ipse character satis antiquitatem libri demonstrat.“

Hactenus ille. Quem praeterea Placidus Goutier, eiusdem monasterii monachus et sacrista, affirmat audivisse conquerentem, quod aliquis ultimum codicis folium, in quo scriptoris legebatur nomen, lacerasset. Ad haec Petrus Almaert, ipsius Grandimontensis monasterii bibliothecarius, testatur, se, cum antea in ultimo eiusdem codicis folio sano et integro F. Ludovici de monte scriptoris nomen legisset, deprehendisse deinde cum Mauro Van der Elst, monasterii priore, folium idem laceratum, sceleris autem ignorare authorem: ac ne nominis nequiter exsecti memoria dele

retur, deinceps hoc lemma ad calcem paginae, quae nunc ultima cernitur, scripsisse: Hic liber conscriptus fuit a Fratре Ludovico de monte, qui obiit ante annum millesimum quadringentesimum. Haec ipsimet Placidus et Petrus coram reverendissimo abbate moderno mihi nuper, cum per S. Adriani monasterium iter facerem, affirmarunt. Ceterum quadrifariam illic dividitur opusculum, praemisso cuique parti capitulorum indice; I<sup>ae</sup>. partis hic titulus: Incipit libellus de imitatione Christi. II<sup>ae</sup>. Incipit tractatus admonitionum ad interna trahentium. III<sup>ae</sup>. Incipit liber internae consolationis. IV<sup>ae</sup>. Incipiunt admonitiones de sacramento; et huius IV<sup>ae</sup> partis capitulorum indici praemittitur: Incipiunt tituli capitulorum operis sequentis i. e. quarti voluminis internarum consolationum, quo datur intelligi, totum opusculum inscribi posse: Liber internarum consolationum.

2. Alterum codicem ms. accepi nuper (cum essem Leodii quorundam ordinis nostri negotiorum causa) ex inclyti monasterii S. Iacobi eiusdem ordinis bibliotheca, commodante viro eruditissimo, D. Placido Piedkin, eiusdem loci coenobita et cantore nec non bibliothecae praefecto. Complectitur hic codex tractatus varios ad ascetica pertinentes, in iis libellum de sacramento eucharistiae, quae est libri de imitatione Christi quarta pars. Cuius hac via innotescit aetas: Tractatus ipse fol. XLVIII. incipit cum hac inscriptione: Devotum exercitium de sacramento eucharistiae. Venite ad me omnes etc. Fol. autem XLVII. verso legitur eadem manu in summa pagina: Anno millesimo quadringentesimo. Et paulo infra in ipsamet pagina, sed diversa manu pauloque recentiore scripta, haec occurrunt: anno M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XVII<sup>o</sup>. XV<sup>a</sup>. die mensis Octobris indutus fui habitum ordinis Sancti Benedicti in monasterio aedificato in honore sanctorum Apostolorum Iacobi et Andreae. Deo gratias. Ex quibus palam est, codicem fuisse anno MCCCC. aut etiam antea exaratum.

3. Tertius ms. c. e Mellicensi provinciae Austriae monasterio asportatus est: eumque cum aliis e Germania huc itidem delatis debemus summae rev<sup>morum</sup>. abbatum et religiosissimorum monachorum humanitati; incredibili quoque zelo r<sup>mi</sup>. ac nunquam satis pro tantis meritis laudandi viri Iohannis, Monasteriensis in valle S. Gregorii apud Alsatiam imperialis abbatis; postremo, infatigabili studio viri cum paucis comparandi,

Antonii Scaligeri, in eodem coenobio Monasteriensi sub praedicto r<sup>mo</sup>. abbate prioris dignissimi. Cum enim optarem istos habere hic prae manibus, utpote ad rem, quam agimus, peritiles, abbatesque ac monachi per nimias locorum distantias et viarum pericula transmittersse trepidarent, ipse r<sup>mus</sup> Monasteriensis abbas, monasterii sui facultatibus solemniter pignori addictis in semet recepit quodcumque hoc esset periculi. Venerabilis autem prior, nec itinerum pene inviorum asperitatibus perterritus, nec locorum longinquitate revocatus, nec aetatis octogenaria maioris praepeditus incommodis, ut abbatis sui, ut nostra et ordinis nostri vota expleret, nulla non pericula, nullos non labores a rebus, a locis, a tempore, ab hominibus occurrentes invicto animo superavit. Quorum quidem et ipse iam aeternum in coelis, uti par est sentire, percepit praemium; et ego alias sicuti et meritorum praedicti rev<sup>mi</sup>. abbatis uberiores spero me acturum memoriam; hos interim tibi ex utraque arbore foecundissima fructus porrigo, manuscriptos inquam codices; quos quia cum reliquis iuxta aetatis seriem recenseo, Mellicensem hunc praemitto. Cuius aetatem hoc modo dignoscimus: Complectitur hic codex, sicut et qui proxime censiti sunt, tractatus diversos atque hos inter: Tractatum de reformatione hominis et imitatione Christi et contemptu mundi. Fol. 147. — Tractatum beati Bernardi de passione domini super septem horas canonicas. Fol. 268., cuius ad finem addidit exscriptor: Explicit contemplatio beati Bernardi de passione Domini finita anno XXI in die Sancti Ioannis Baptistae decollationis. Unde colligitur, tractatum de imitatione Christi, qui in hoc codice contemplationem eandem centum et viginti foliis praecedat, si non aliquo antea, eodem ut minimum, quo contemplatio haec, anno exscriptum fuisse. Quoniam vero neque millesimus illic neque centesimus notatur annus, consulendus fuit bibliothecae Mellicensis index, quem pariter a r<sup>mo</sup>. abbate ac rel<sup>mis</sup> monachis Mellicensibus commodato acceptum venerabilis Antonius Scaliger attulit. Registri in fronte legitur inscriptio haec: Incipit registrum librorum ac voluminum singulorum huius bibliothecae venerabilis mon<sup>ri</sup> Mellicensis. In quo id observatur, ut primum singulorum voluminum singula contenta singillatim consignentur, per quod et voluminum numerus et cuiusque voluminis, si aliquod deperdi contigerit, continentia ac contentorum deperditio sciri poterit.

In ipsa autem operis serie, litera D. num. 43., codex noster per ea, quae continet, recensetur hunc in modum :

D. 43. Augustinus de visitatione infirmorum.

Tractatus de consolatione theologiae, qui dividitur in XV tractatulos.

Tractatus conclusionum magistri Io. Gerson.

Tractatus Bonaventurae de sacramento eucharistiae.

Tractatus de reformatione hominis et imitatione Christi et de contemptu mundi.

Opusculum Mgri. Io. Gerson de tentationibus et remediis.

Alia duodecim remedia contra tentationes eiusdem.

Tractatus de arte moriendi multum utilis.

Tractatus b. Bernardi de passione domini super septem horas canonicas.

Epistola magistri Henrici de Hassia de contemptu mundi.

Alia epistola eiusdem multum utilis.

Tractatus utilis Bonaventurae de contemplatione.

Tractatus Bonaventurae de institutione noviciorum.

Tractatus mgri. Henrici de Hassia de proprietate non habenda.

Expositio metrica super oratione dominica.

Quae omnia opuscula cum litera eadem et numero atque indice peculiari continet codex noster, ut nullus relinqueretur ambigendi locus, quod ipse sit, quem bibliothecae index denotat. Quando eiusmodi codex compilatus est, constabat, Ioannem Gersonem non esse libri de imit. Christi authorem, quandoquidem quae ipsius erant et agnoscebantur opera, iis eius praemittebatur nomen: non autem libro de imit. Christi. — Tandem in extrema praedicti registri pagina legitur: Collectum et scriptum per fratrem Stephanum Burchardi anno domini 1517. Unde consequitur, et quidem necessario, codicem nostrum, utpote in eodem registro per praescriptas notas recensitum, non fuisse scriptum anno 1521, quandoquidem necesse est, eum ante indicem, in quo recensetur, extitisse. Numerus igitur ille XXI ad annum saltem MCCCXXI pertinet. Fuit autem plerisque in more, ut, omissis maioribus annorum numeris, minores solos exprimerent; ut enim de Hebraeis taceam, qui omissis millenariis solos minores ascribunt cum hac nota P" H" h. e. Iuxta parvum (computum scilicet), ipsiusmet senatus Parisiensis arresta nonnulla inveniuntur simili temporis notatione descripta, e. g. arrestum pronuntiatum anno

m. ccc. lxxvi. pro abbate ac monachis s. Germani a Pratis adversus Episcopum [et?] praetorem Parisienses in causa vendicandi rei hoc lemme clauditur: pronunciatum die vigesima quinta Aprilis, septuagesimo sexto. Quam rationem nec typographia ipsa ignorat. Exempla pleraque obvia sunt. Epistola Georgii Pirckamer, carthusiae Nurembergicae prioris, ad Petrum Danhausser, praefixa editioni operum, quae Thomae Kempensi ascribuntur, apud Nurembergam per Casparum Hochfeder anno m. cccc. xc. iv. accurata, hunc ad modum clauditur: Ex Nuremberga 16. Kal. martias anno etc. 94. — In nostra s. Germani bibliotheca 1. E. 2. Divi Clementis Recognitionum libri 10 etc. apud Io. Bebelium Basileae an. m. d. xxvi. nuncupatoriam Bernardo Tridentino episcopo epistolam his verbis claudit Io. Sicardus: Basileae **anno XXII.** — [Clementi?] XXVIII. [Eandem?] plerumque alias [normam?] observare licet. Nihil est proinde, quod quis de nostri codicis aetate retractet. Porro ex quatuor opusculi partibus solam primam complectitur.

4. Quartus codex est insignis mon<sup>iii</sup>. Weingartensis. Tres priores opusculi (quarta praetermissa) partes complectitur. I<sup>ma</sup> est sine inscriptione; alteri haec inscriptio praemittitur: Incipiunt admonitiones ad interna trahentes. Tertiae: Incipit tertia pars huius libri, quae est de interna consolatione. Postrema pagina his verbis notatur: Explicit liber internae consolationis, finitus anno Domini m.<sup>o</sup>ccc.<sup>o</sup>xxxiii<sup>o</sup>. secunda feria ante festum assumptionis B. Virginis Mariae per me fratrem Conradum Ebersperg tunc temporis conventualem in Weingarten.

5. Quintus codex itidem Mellicensis; catalogo ascriptus ad Literam J. num. 78. continet opuscula diversa hoc ordine in ipso catalogo et in codicis initio observato:

Manuale b. Augustini, fol. 1.

Regula vivendi in mon<sup>rio</sup>. edita a b. Hieronymo.

Libellus de reformatione hominis, qui in quatuor partes dividitur.

I<sup>ma</sup> est de imitatione Christi, et contemptu omnium vanitatum mundi. fol. 27.

Secunda continet admonitiones ad interna trahentes. fol. 37. vers.

Tertia tractat de interna Christi consolatione ad animam fidelem. fol. 43. vers.

Quarta pars est de sacramento altaris et de his, quae concernunt ad sacramentum. fol. 67.

Epistola fratris Humberti ad omnes religiosos conscripta.

Tres admonitiones Caesarii ad monachos, ex eius homiliis excerptae. fol. 91.

Excerpta ex tractatu Chrysostomi de reparatione lapsi. fol. 95. vers.

Cur deus permittit, suos electos in hoc mundo multipliciter tribulari. Mg<sup>ri</sup>. Henric. de Hassia. fol. 96. vers.

Sermo b. Bernardi abbatis de superfluitate monachorum. fol. 99. vers.

Sermo eiusdem ad Adam monachum de loci stabilitate. fol. 103. vers.

Excerpta ex epistola eius ad fratres de Monte Dei, de commendatione cellae. fol. 105.

Sequuntur compilationes Mag. Io. Gerson.

Epistola missa ad carthusiam cuidam. fol. 107.

Tractatulus responsivus ad quaestionem monachi Carthus. fol. 111. vers.

De modo confessionis. 114. vers.

De modis excommunicationis. fol. 114.

Modi iniungendi poenitentiam multum utiles contra recidivum. fol. 115. vers.

Considerationes 25 de confessionibus audiendis. fol. 117. vers.

Tractatus de indulgentiis. fol. 120. vers.

Tract. de Simonia. fol. 122.

Tractatus quatuor quaestionibus responsivus. fol. 126. vers.

De votis et statutis religionum. fol. 129.

Finiunt compilationes memorati magistri.

Fol. autem 120. ad extremum Tractatus Ioannis Gersen cancellarii de confessionibus audiendis legitur: Explicit in die Kiliani (id est 8. Julii) 34<sup>o</sup>. Qui numerus iuxta proximam observationem annum refert saltem **M.CD.XXXIV**. De quarta autem

libri de imitatione Christi parte id observandum, eam ubique alias constare capitibus tantum octodecim, hic autem addita esse capita tria, sed non esse eiusdem auctoris, cuius et totum opusculum, stylus ipse demonstrare videtur.

6. Sextum codicem commodavit R<sup>mus</sup>. s. Udalrici Augustani abbas. Continet item diversos tractatus: quos inter deprehendo libri nostri partes primam et secundam, singulas singulis calamis et diversis pariter annis exscriptas. Primae partis extrema pagina sic habet: Et est finis huius tractatus scripti in Concilio Basiliensi anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XXXVI. Et sic cum dei adiutorio finitus est iste Tractatus per me Georgium de Göttingen tunc temporis capellanum in Wiblingen. Secundae parti subscribit amanuensis hac forma: Expliciunt admonitiones ad interna trahentes etc. per manum fratris Philippi Klefat, anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> LI<sup>o</sup> scriptum etc.

7. Septimus codex sequitur: ubi post Innocentii III. pp. de vilitate et miseria conditionis humanae opus, occurrit libri nostri pars prima, cuius ad calcem addidit exscriptor anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> L. octavo. fuit completus liber iste et est de domo Parcensi ordinis Carthusiensium. Hunc quippe codicem cum duobus aliis ordine suo memorandis commodati nomine impetravit nobis a R. P. D. Francisci Martini, domus Parcensis in dioecesi Coenomanensi, prioris vigilantissimi, beneficentia R. P. D. Placidus Chassinatus S. Petri de cultura nostrae congregationis apud Coenomanos tunc prior.

8. Octavum codicem (actuariae utique artis specimen, a delicatissimarum membranarum candore atque ab apicum elegancia summa insigne) contulit nobis viri clarissimi et inter archiatros sapientissimi Caroli le Breton liberalitas perpetuo praedicanda. Unum hic de imitatione Christi opusculum legitur, et ipsum suis omnibus partibus constans; cuius haec inscriptio: Incipit libellus devotus et utilis magistri Ioannis Gerson de imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi. Subscriptio autem: Explicit liber quartus et ultimus de sacramento altaris. Anno domini 1460. 13. Kal. Septembris.

9. Nonus codex et ipse Parcensis inter diversa opuscula, primam et secundam libri nostri partem ita complectitur, ut una sit quasi unius partis aut libri capitulorum series quorum postremo

subditur: Explicit liber dei qui nuncupatur: Qui sequitur me. Quem composuit quidam religiosus ordinis Carthusiensis pro omnibus religiosis et presbyteris deo devotis. Aetas codicis, qui unius eiusdemque manus opus est, ex alterius tractatus, qui proxime praemittitur, subscriptione accipitur totidem verbis concepta: Explicit liber de confessione casuum, sancti Thomae de Aquino. Scriptum per fratrem Ioannem Paumieri. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

10. Decimo ordine colloco tertium codicem Parcensem, quamvis nulla temporis notatione designatum, proximo tamen aetate parem aut supparem.

11. Undecimo loco reperitur codex S. Petri Salisburgensis, quem 1<sup>mus</sup>. Amandus eiusdem loci abbas commodavit. Diversos et iste tractatus complectitur; in his vero tres priores libri nostri partes, quarum ultimae subiecit actuarius: Explicit liber internae consolationis per fratrem Benedictum in die sabbathi ante festum omnium Sanctorum anno m.cccc.lxiii scriptum Salzburgi mon<sup>str</sup>. S. Petri. Prima autem codicis pagina leguntur haec: Registrum huius libri:

David de exteriori homine opusculum  
Interrogationes et ioca monachorum  
Tractatus de professione monachorum  
De imitatione Christi Ioh. Gers.  
Sermo pulcherrimus de assumptione etc.

12. Duodecimum codicem redemit nuper aere sat gravi R. P. D. Gabriel Flambartus, nostrae Congregationis in Curia Romana Procurator Generalis, ab eruditissimo Leone Allatio. Hic aliorum, quos hactenus recensuimus, more opuscula continet quam multa studio diligentissimo et sollicita manu collecta undique. De quibus haec in prima pagina legere est: In isto libello continentur sequentia:

Visio Thugaldi.

Mystica theologia Hugonis de Palma.

De contemptu omnium vanitatum mundi et de imitatione Christi libri quatuor.

Fol. igitur 155. verso haec habet:

Incipit Tractatus Iohannis de Canabaco, de imitatione Christi et de contemptu omnium vanitatum mundi. Et dividitur in quatuor libros. Incipit liber primus. Fol. autem 169. Explicit 1. pars de imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi. Incipit pars 2. et sunt ibi admonitiones ad (omissum est interna) trahentes. Fol. 176. verso: Explicit liber 2. huius operis. Incipit tertia pars huius libelli, de interna consolatione: et de interna Christi locutione ad animam fidelem. Fol. 209. Explicit liber tertius. Incipit liber quartus vel pars quarta (omissum est libri), qui intitulatur de imitatione Christi etc. De Sacramento altaris et de iis, quae concernunt ad sacramentum. In fine autem quarti libri adduntur et tria illa capita, quae in quarto codice haberi memoravi. Aetas Codicis accipi potest e libris (litteris?) quibusdam, quae (qui?) fol. 370 incipiunt hac forma: Ioannes miseratione divina S. Angeli sacrosanctae Romanae Ecclesiae diaconus Cardinalis, S. Sedis Apostolicae in Germania et nonnullis aliis partibus legatus de latere specialiter deputatus etc. Datum Viennae anno 1448. pontificatus Nicol. V. an. 2. Unde colligimus codicem fuisse circa ea tempora compilatum, maxime autem libellum de imitatione Christi, qui cardinalitii rescripti allegati apographum illic antecedit paginis plus quam ducentis, et sine dubio, antequam in unum cum ceteris opusculis volumen compingeretur, exscriptus fuerat.

13. Tertius supra decimum codex Roma itidem nobis aliquot annos advectus est, achronus quidem ille, sed si character consulitur, nulli praemissorum antiquitate cedit: et hac epigrapho frontem gerit insignem: Incipit liber Iohannis Gersen primus, de contemptu mundi et de imitatione Christi. Quatuor illic opusculi notae partes descriptae sunt; additumque ultimae: Explicit liber quartus Iohannis Gersen: de sacramento altaris. Post haec legitur: Iste liber est Monachorum Congregationis Sanctae Iustinae de observantia; deputatus Mon<sup>rio</sup>. S. Benedicti de Padolirone. signatus numero 992.

14. Decimus quartus eandem saltem ac proximus aetatem ipso styli affectu et ipso elegantissimo, in tenuissimis candidissimisque membranis repraesentat. Ad nos autem et iste ab Urbe pariter pridem delatus est: fuitque antehac Mon<sup>rii</sup>. SSae. Trinitatis Cavensis

congregationis Cassinensis, uti testatur in primo folio inscriptio manu recentiore appositae. In fronte operis haec leguntur: In nomine Domini nostri Iesu Christi. Incipit libellus de imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi. Deinde in prima libri grandiore litera cernitur miniatica arte depicta effigies monachi crucem amplexantis. In fine libri primi legitur: Explicit libellus devotus de imitatione Christi, liber videlicet primus. Sequuntur partes reliquae praeter ultimum quartae caput.

15. Decimum quintum et decimum sextum commodavit nobis R. P. Carthusiae Vallis Benedictionis ad Avenionem prior, achronum utrumque, sed si ex characteris intuitu aestimare licet, anno M. CCCC. antiquiorem.

#### 1. Codex Grandim. vel Gerardan.

(Lect. variae nonnullae.)

- Fol. 1. R. lin. 23. Honores ambire et in altum se extollere.
- Fol. 3. R. lin. 1. De prudentia in agendis.
- Fol. eod. R. lin. 12. Cum sapiente et conscientioso viro consilium habe.
- Fol. 5. V. lin. 20. Bonum nobis est, quod aliquando habeamus aliquas gravitates.
- Fol. 6. V. lin. 6. Saepius accipe consilium.
- Fol. 30. V. lin. 1. Pulcherrime dicunt.
- Fol. 32. V. lin. ult. In uno summo bono super omnia quiescit ex quo omne bonum fluit et procedit.
- Fol. 44. V. lin. 17. Emitte lucem tuam et veritatem tuam.
- Fol. 45. V. lin. 10. Si fueris tam fortis et longanimis.
- Fol. 48. V. lin. 16. Quam impura sint omnia, nostra non deploramus.
- Fol. 51. V. lin. 26. Ad istud diligenter tendere debes, ut in omni loco et actione seu occupatione externa sis interius liber.
- Fol. 54. V. lin. 2. Intus sum doctor veritatis scrutator cordis.
- Fol. 55. R. lin. 31. Linguam callidam longe fac a me.
- Fol. 68. R. lin. cap. In nullo denique possum plene confidere, qui in necessitatibus auxilietur oportunis, nisi in solo deo meo.
- Item Fol. 68. V. Explicuit libellus admonitionum ad interna trahentium. Incipiunt tituli capitulorum operis sequentis, scilicet quarti voluminis internarum consolationum.
- Fol. 69 Ro. Explicuiunt capitula.
- Incipiunt admonitiones de sacramento.

Fol. 70. R. lin. 18. In tuae deitatis salutari praesentia.

Fol. 73. V. lin. 9. Et gravi torpore exue me.

Fol. 84. R. lin. 17. Cum tali fide, spe et charitate.

Fol. 85. V. lin. 3. Explicit libellus tractans de sacramento altaris.

Incipiunt capitula libelli de disciplina claustralium.

lin. penult<sup>a</sup>. Incipit libellus de disciplina claustralium.

Fol. 86. R. lin. 26. In cella ad scribendum vel legendum.

Fol. 87. R. lin. 12. Qui negligens est et dissolutus deum offendit et homines; eo peior est paralytico iacente in grabbato, quia iste defectum patitur a natura, ille vincitur cordis inertia.

Fol. 95. R. lin. 6. In vigiliis et orationibus sacris aliisque deo placitis observantiis.

Fol. 96. R. lin. 30. Tamquam coram eo assisteres.

Item Fol. 96. V. lin. 8. Viam devotioni paras.

Fol. 102. R. lin. ult<sup>a</sup>. Oret ergo voce pia pro nobis virgo Maria ut digni simus gratia dei.

Fol. 104. R. lin. 10. Explicit libellus de disciplina claustralium.

Incipit epistola quaedam satis utilis ad quemdam regularem.

Ista sunt praecipue necessaria et utilia pro conservatione devotionis et pace cordis.

Fol. 105. V. lin. 6. Quidquid ergo humiliorem te non facit, et ad maius beneplacitum dei non tendit, noli cupere nec orare.

Fol. 106. lin. 11. Et orandum, ut nos custodiat et adiuvet in omni luctamine et opere bono usque in finem. Amen.

Incipiunt capitula libelli sequentis.

lin. 30. Incipit libellus spiritualis exercitii.

Fol. 107. R. lin. 1. Sapientis est ordinare vitam suam.

Item fol. 107. V. lin. 13. Quidquid boni feceris aut dixeris non magni pendas; sed inutilem te servum veraciter reputabis.

Fol. 107. V. lin. 16. Utinam unam saltem diem vel mediam fere horam cum deo integre expendas.

Fol. 108. R. lin. 10. Sive intus sis sive foras transieris, anima tua in manibus tuis semper, nec propositi tui hodierni obliviscaris; quod heu nimis cito per incuriam perit.

Item fol. 108. V. lin. 20. Foris saepe hauritur unde interior homo inquinatur.

Fol. 109. R. lin. 15. Recupera in secreto, quod in publico omisisti.

Fol. 114. V. lin. 6. Explicit libellus spiritualis exercitii.

Incipiunt capitula libelli sequentis.

lin. 18. Expliciunt capitula.

Incipit libellus qui intitulatur de recognitione propriae fragilitatis.  
Capitulum primum de recognitione propriae fragilitatis.

Cognovi domine quia aequitas iudicia tua et in veritate tua humiliasti me. Haec verba sancti prophetae et humilis regis David.

Fol. 117. R. lin. 6. Qui se semper vult vindicare, paucos habebit amicos.

Fol. 119. R. lin. 20. Ut nihil vitiosum in me remaneat quod oculos tuae maiestatis offendant.

lin. antepenult<sup>a</sup>. Et oratio mea sicut incensum vespertinum ad te ascendat et placeat in aeternum. Amen.

Explicit libellus de recognitione propriae fragilitatis.

Item fol. 119. V. lin. 1. Incipit recommendatio humilitatis, quae est fundamentum omnis sanctitatis.

Discite a me quia mitis sum et humilis corde dicit dominus. Summus magister et legifer noster Iesus Christus humilitatem discere nos docens hortatur.

Fol. 121. V. lin. 1. De elevatione mentis ad inquirendum summum bonum.

Vacate et videte quoniam ego sum deus. Ecce inquiri te deus meus non per sensus corporeos.

Fol. 122. V. lin. 25. De verbo increato, aeterno, et immenso, super omnes docentes animam illuminante.

Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis. O verbum dei in excelsis.

Fol. 124. V. lin. 3. De aestuanti desiderio animae cum fuerit visitata a verbo unico, sponso suo dilecto.

Domine ante te omne desiderium meum et gemitus meus a te non est absconditus.

lin. 30. Oratio de abrenuntiatione omnium mundanorum. Domine Iesu Christe spes mea.

Fol. 125. V. lin. 2. Exhortatio ad humiliationem et compunctionem. Inclina te anima mea.

lin. 15. Oratio de lachrymosa contritione peccatorum. O misericordissime deus.

Fol. 126. R. lin. 11. Oratio de amore virtutum et odio vitiorum devota Domine deus virtutum.

Item fol. 126. V. lin. 17. De patientia in tribulatione et angustia cordis oratio.

Domine deus dilecte.

Fol. 127. R. lin. 9. Infulge cordi meo veritas summa, deus meus, lux sempiterna.

lin. 24. De mortificata vita pro Christo.

Gloriosus apostolus Paulus.

Fol. 129. V. lin. 19. Incipit quaedam brevis admonitio spiritualis exercitii. Ab exterioribus pervenitur ad interiora.

lin. 31. Oratio impetrat fervorem, oratio alleviat laborem.

Fol. 130. R. lin. 22. Quam ferventes qui nunquam frangi laboribus valuerunt.

lin. 27. Consuetudo tandem in naturam vertitur; ut quod primo fuit difficile, postea videatur leve ac facile.

Fol. 131. R. lin. 2. Puro et integro corde agere.

Item fol. 131. V. lin. 10. Libenter in codice lege et aliquid inde extrahe.

Fol. 133. R. lin. 17. De bona pacifica vita.

Si vis deo digne vivere, debes te ipsum illi resignare.

## 2. Cod. Mellic. 1. in 8<sup>o</sup>. 1421.

(Cum variis lectionib. quibusdam.)

Tractatus de consolatione theologiae, qui dividitur in quindecim tractatulos. Fol. 1.

Item tractatus conclusionum magistri Iohannis Gerson. Fol. 99.

Item tractatus Bonaventurae de sacramento eucharistiae. Fol. 130.

Item tractatus de reformatione hominis et imitatione Christi et contemptu mundi. Fol. 147.

Item opusculum magistri Iohannis Gerson de tentationibus et remediis. Fol. 181.

Item alia duodecim remedia contra tentationes, eiusdem Fol. 199.

Item tractatus de arte moriendi multum utilis. Fol. 206.

Item Epistola magistri Henrici de Hassia de contemptu mundi. Fol. 244.

Item alia epistola eiusdem multum utilis. Fol. 258.

Item tractatus B. Bernardi de passione Domini super septem horas canonicas. Fol. 268.

In Registro Nr. 43 non tantum in capite habetur tract. de visit. infirm. August. sed tractatus isti notati numeris non sunt in eodem ordine, sed tract. B. Bernardi sequitur tract. de arte moriendi. Explicit contemplatio B. Bern. de passione Domini finita anno XX. in die S. I. B. decollationis. Unde colligitur tract. de imit. C.,

qui in hoc codice contempl. eandem centum et viginti foliis praecedit, eodem saltem anno, si non antea exscriptum fuisse. Sed quoniam nec millesimus nec centesimus notatur annus, consulto bibl. Mell. indice finito an. 1517 infertur exscript. an. 1421.

Item tractatus utilis Bonaventurae de contemplatione. Fol. 228.

Item tractatus Bonaventurae de institutione novitiorum. Fol. 290.

Item tractatus magistri Henrici de Hassia de proprietate non habenda. Fol. 314.

Item expositio metrica super oratione dominica.

Fol. 1. R. linea 1. Excerpta libri de consolatione theologiae, quem compilavit magister Iohannes de Tambaco doctor sacrae theologiae solemniss.

Gerson Cancellarius Parisiensis de consolatione theologiae.

Quoniam secundum apostolum quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt ut per consolationem scripturarum spem habeamus.

Fol. 99. R. lin. 1. Tractatus collisionum collectarum per magistrum Iohannem Gerson cancellarium Parisiensem de diversis materiis moralibus.

Fol. 136. V. lin. 1. Incipit tractatus Bonaventurae de sacramento divinissimae eucharistiae utilis valde.

#### Lectiones variae.

Fol. 147. R. lin. 1. Incipit tractatus de reformatione hominis et primo de imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi.

Item fol. 147. V. lin. 5. Honores ambire et in altum se extollere.

Fol. 148. R. lin. 10. Valde insipiens est, qui aliis intendit quam his, quae salutem suam deserviunt.

Fol. 149. V. lin. 17. Dum adhuc viverent et in studiis florerent.

Fol. 150. R. lin. 10. De prudentia in agendis.

lin. ult<sup>a</sup>. Cum sapiente et cum conscientioso viro consilium habe.

Fol. 152. R. lin. 12. Cum divitibus noli blandiri.

Fol. 153. R. lin. 6. Accipere consilium.

Fol. 154. V. lin. 19. Fervor et profectus noster quotidie deberet crescere.

Fol. 155. R. lin. penult<sup>a</sup>. Deberet se homo in deo totaliter firmare.

Fol. 156. V. lin. 4. Saepius accipe consilium.

